

Joachim Schönermarck

**Programma, Quo Rector Academiae Rostochiensis Joachimus Schonermarch,  
I.D. & Profess. Academiae Cives, ad exequias; Quas ... matronae, Annae Luders,  
Moestissimus viduus, Hodie ... parabit, invitat**

Rostochi[ij]: Pedanus, 1625

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770336787>

Druck Freier  Zugang




Schönermarch, J.

in


A. Luders,

uxor. P. Lange.

Rostock. 1625.







Programma,

QUO

RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

JOACHIMUS SCHONERMARCH,

J. D. & Profess.

ACADEMIÆ CIVIS,

ad exequias;

QUAS

Piissimæ & Honestissimæ matronæ,

ANNAE LUDERS,

Mœstissimus viduus,

Hodie hora 1. in templo Nicolaitano  
parabit, invitat.



ROSTOCHI

Literis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.

ANNO M, DC. XXV.

PROGRAMM

DES

RECTOR

ACADEMIE ROSTOCKENSIS

IOACHIM VON SCHONERMARKEN

J. D. & Profell.

ACADEMIE CIVIS

ad expediens

GRATIA

Pflichte & Honore

ANNA LUDERS

Disquisitionis

Methodi in rebus vegetabilibus

partem, etc.



Rostock

Imprimi curavit

Anno M. DC. LXXV



RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTO-  
CHIENSIS,  
JOACHIMUS  
SCHONERMARCH  
J. D. & Profess.



Democritum Abderitam, Ge-  
lasinum illum, statuisse, cada-  
vera mortuorum in melle as-  
servanda esse; monumentis  
litterarum proditum est. Quod  
eum ideo voluisse quidam exi-  
stimant, quod mel putrescere  
corpora, ut nonnihilorum fert opinio, non sinat, eaq̃  
à situ fetore & corruptione defendat. Mirabile  
natura, q. aliquam reviviscendi spem hoc ipso præ-  
sagientis, testimonium: quamvis nullum sit du-  
bium, quin Democritus hoc suo placito condemnare  
voluerit immanes gentes, quæ suos mortuos aut ca-  
nibus, quos in eum usum alebant, quos ob id sepul-  
chra-



ebrales dictos esse, Straboteftatur; aut inter epulas  
ipsi devorabant, rata se mortuis nullum aliud præ-  
clarium monumentum, quam si in sua viscera eos  
reconderent, posse erigere. Sed & idem notare  
voluisse videtur eos, qui in Felle mortuos asservant,  
qui illorum memoriam calumnijs vellicant, alijsq;  
fandis nefandisq; modis incessunt, lacerant, detur-  
pant. Laudandus itaq; est Philosophus Etbni-  
cus, qui in melle mortuos iussit asservari. Quanto  
verò magis nos, qui Christiani audimus, decebit, ut  
nostros, qui in Domino obierunt, honesta sepultura,  
quò & Intimationes pertinent, afficiamus. Cogit  
nos in hujus rei memoriam descendere dies præsens,  
quo extremum honorem persolvimus matronæ ho-  
nestissimæ ANNÆ LUDERS. Hac ini-  
tium mortalitatis cepit in hac patria nostra, Rosto-  
chij Anno Christi 1575. die Octob. Patre Orna-  
tissimop, m. HENRICO LUDERS, do-  
ctrina & virtute exculto viro, civæ hujus urbis pri-  
mario: & Matre, pia atq; lectissima matrona,  
APPOLONIA, Amplissimi & Prudentissi-  
mi, Domini BALTHASARIS GULEN,  
quondam Consulis civitatis hujus inclutæ dignissi-  
mi & vigilantissimi: cujus in Rempub. promerita  
dubio procul memoriâ multorum bonorum adhuc  
conseruari non dubitamus. His procreata pa-  
renti:

rentibus *ANNA LUDERS*, ut ab ijs vivendi, sic & bene vivendi juxta Deum rationem accepit. Nam illis curantibus & Christo Domino per Baptismum inserta est, & ab unguiculis rectè instituta & inbuta est, non studio curiositatis, quam *Plataenses* suis instillasse dicuntur; non rapacitatis, quæ gemina fuit *Coronæis*; non contentionis, quam *Tbespijs* habitasse ajunt; sed pietate, mansuetudine, omniq; genere virtutum, quæ fœmineum sexum decent & exornant. Fratres habuit quatuor, sed qui omnes in ipso flore ætatis morte abrepti sunt: & unicam sororem *AGNETAM*, quæ doctissimo & præstantissimo viro p. m. Dn. *STEPHANO KNICKENBERGIO*, celeberrimæ Reipub. hujus Urbis protoSecretario, matrimonio juncta, nunc vidua maritum suavisimum, magno luctu percussa, unicè desiderat: cum qua sorore hæc *ANNA*, dum vixit, pacatissimè vixit: ut vero amore has duas sorores inter se conjunctas verè unam animam in duobus corporibus dixisset. Sed *ANNA* hæc nostra, cum à Spiritu Sancto illustrata, in timore Domini & correptione succrevisset crescit occulto velut arbor ævo; tum verò anno Christi 1592. die Julij 12. in matrimonium collocata fuit spectato atq; honesto viro, *PETRO LANGEN*, vicini portus *Warn-*


mündensis praefecto, & Amplissimi hujus Urbis Se-  
natus ibidem rerum nauticarum inspectori: quo  
cum in suavi & concordi vixit 28. annos conjugio,  
marito gratiosa ANNA, rei domesticae gratias  
annulus, & administra sedula ac <sup>dixit</sup> castitatis,  
sedulitatis, continentiae exemplum, verbi divini  
studiosissima & audiendo & faciendo, quantum  
imbecillitas humana permittit, cultrix: nemini no-  
cens, in multos pro facultatum ratione benefica.  
Nec sine sole fuit hoc conjugium. Septem enim haec  
ANNA marito suo peperit liberos, tres filios, &  
quatuor filias: de quibus unus filiulus in ipso partu  
extinctus fuit, reliqui liberi, quos pignoris loco me-  
stissimo marito reliquit, per Dei gratiam adhuc su-  
persunt: filia autem maxima nata nupta est Re-  
verendo & doctissimo viro, Dn. GEORGIO  
LINDEMEIERN, Pastori in Strawen-  
marck: ex qua & sibi nepotes natos vidit. Cum  
verò & ipsa homo esset: communi eam cum reli-  
quis hominibus conditione fuisse, equis dubitet?  
crucis tamen jugum sibi impositum, omnesq; rei fa-  
miliaris administrandae difficultates patienti cervi-  
ce subibat, & quoq; animo sustinuit: ita, ut animi  
fortitudinem hujus optima femina non minuerent,  
sed potius, ut cum Canonibus loquar, augmenta-  
rent. In hac palestra cum haecenus Deo fidem  
proxi-

proximo caritatem, omnibus, cum quibus agebat, hu-  
manitatem suam probasset: jamq; maritus ejus, vir  
optimus, officij & muneris; quod *W arnemunda*  
22. annos exantla verat; levandi gratia in hanc ur-  
bem ut remearet, sese compararet: ecce *ANNA*  
hac, quia & ipsa scenum erat, in ipso itineris pro-  
cinctu morbo corripitur, qui quotidie major factus,  
& febris etiam auctus, decimo tandem ab eo, quo pri-  
mum cepit decumbere, die finem vitæ ipsi attulit,  
presentibus cum alijs amicis, tum animæ ipsius p.  
defunctæ Curatore & Pastore: eidemq; in verum  
iter ad cælum, beatitudinemq; æternam, ipso, qui  
est via veritas & vita; cujus sacratissimi & ve-  
rissimi corporis & sanguinis viatico se ante men-  
sem instruxerat; ducente, se conjiciendi occasionem  
præbuit: quod & ipsa ingressa est pie & placide,  
sanis & integris omnibus sensibus, sine cruciatu,  
in vera confessione & invocatione sui Mediato-  
ris & Redemptoris Christi Domini, die *Maji* 28.  
inter 6. & 7. matutinam. Hujus p. d. *ANNÆ* exu-  
via cum hodie hora prima ad sepulturam efferendæ  
sint: omnes nostræ jurisdictioni subjectos *Acade-*  
*mia Civis Dni. Professores, Doctores, verbi divini*  
*Ministros, Magistros, & Studiosos juvenes a-*  
*micè monemus, & rogamus, ut ad declarandam*  
*eu[m] m[er]it[um], tum etiam in recordationem propria mor-*  
*talita-*

talitatis & fugacitatis hujus vite in templo D. Nico-  
lai, hora, quā diximus, prima, convenient, deductio-  
nemq; funeris p. d. hujus matrona sua presentia  
robonestent, omninoq; huic praestent, quod omnes  
& singuli quondam vel paulo post ab alijs post mor-  
tem nostram nobis praestari, dum in vivis sumus,  
unicè cupimus atq; exoptamus. Ite ergo exequias,  
cives Academici, interq; eundem & Deo com-  
munis Patria nostra miserrimum statum precibus  
commendate, & bene mori discite. P. P. Rostochij  
sub sigillò Rectoratus nostri Kalendis Junij An-  
no 1625.














rentibus ANNA LUDERS, a  
di, sic & benè vivendi juxta Deum  
pit. Nam illis curantibus & Christi  
Baptismum inserta est, & ab ungu  
stituta & inbuta est, non studio cur  
Plataenses suis instillasse dicuntur; n  
qua gemina fuit Coronais; non conte  
T bespijs habitasse ajunt; sed pietate  
ne, omniq; genere virtutum, qua scem  
decent & exornant. Fratres ha  
sed qui omnes in ipso flore etatis  
sunt: & unicam sororem A G N  
qua doctissimo & praestantissimo viro  
STEPHANO KNICKE  
celeberrima Reipub. hujus Urbis pr  
matrimonio juncta, nunc vidua ma  
simum, magno luctu percussa, unice d  
qua sorore haec ANNA, dum vixit  
vixit: ut vero amore has duas sorore  
junctas verè unam animam in duob  
dixisses. Sed ANNA haec nostra,  
Sancto illustrata, in timore Dom  
ptione succrevisset crescit occulto vel  
tum verò anno Christi 1592. die Julij  
monium collocata fuit spectato atq;  
PETRO LANGEN, vicini p

A 3

